



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1693

Privilegium XLVI. In Parochiis Monasterio pleno Iure incorporatis potest
exponi Vicarius ad nutum Prælati amovibilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

Monasteriorum & Religionis fama gravatur, 2. ut ii qui in Parochiis collocantur si fieri possit cum socio sui ordinis sint c. 2. *Ch. 5. de statu Monach.* & non in perpetuum ibidem relinquuntur, sed ne nimis saecularibus curis & negotiis immergantur, quandoque pro renovatione spiritus ad Monasterium revocentur, alio interim substituto. Hinc quorundam Episcoporum stilus ut Religiosi praesentati ad Parochias non inveniuntur absolute sicut Clerici saeculares, sed ad clausula: *salva tui Praeulatus revocatione*, quod Consilium an expediat vel qualiter in usum deducendum sit, Praelatorum iudicio relinquitur.

Dices, ergo tali casu alterabitur qualitas beneficii, & Rector non erit perpetuus, sed potius temporalis vicarius ad nutum amovibilis & qz. in primis consuetudinem alicujus diocesis multum posse mutare circa ordinarias regulas beneficiorum, quae nec ex jure naturali nec divino sunt, si ita videatur exigere salus animarum. Deinde non obstante illa clausula vel potestate Abbatis revocandi Religiosum ex Parochia, adhuc Religiosus censetur Parochus & quidem perpetuus, sicut enim non minus Clericus saecularis est Parochus perpetuus, quam vis ex positae Parochiam resignare, vel ea ob certas causas privati valeat, ita plane Religiosus erit Parochus perpetuus licet possit ex causa revocari, vel certe ipse, aut Praelatus ejus loco (utpote in quem tota Religiosi voluntas collata censetur) Parochiam resignet.

PRIVILEGIUM XLVI.

In Parochiis Monasterio pleno iure incorporatis potest exponi Vicarius ad nutum Praelati amovibilis.

Ultra quidem Parochiae diversis Monasteriis unita & incorporata sunt; non tamen omnes eodem modo & jure, nam quaedam sunt unitae quoad temporalia tantum, quaedam vero pleno jure.

De unione quoad temporalia.

1. Quando dicatur unio quoad temporalia.
2. Praesentatio de jure debet fieri à Praelato cum consensu capituli.
3. Patronus Ecclesiasticus tantum praesentat nuntium, Laicus potest plures.
4. Qualiter fiat consensus in Ecclesiis parochialibus.
5. Patronus Ecclesiasticus habet in marij ad praesentandum, Laicus quantum.
6. Patronus litigantibus currit tempus.
7. Litis pendente super praesentatione praesentari possit.
8. Laicus potest donare sui patronatum Monasterio.
9. Quibus aliis modis Monasterium acquirat sui patronatus.
10. In patronatu à Laico perquisito ad Monasterium fit Ecclesiasticum.
11. Quis sit ex pluribus Patronis Laici nuntium sui sui donaverit Ecclesiae.

Hae unio cum censetur facta, quando decimae vel alii reditus Parochiae sint allegati Monasterio sed jus instituti Rectoris beneficii pertinet ad Episcopum, solo iure pertinenti ipsi Monasterio relicto, & de hac incorporatione loquitur *et sane causa. 16. q. 2. ubi dicitur* quod tales Parochiae cum consensu Abbatis Scotorum Episcopus committere debet, quae populi quidem cura Episcopi rationem reddat, Abbati vero pro rebus temporalibus ad Monasterium pertinentibus, subjectioem debent exhibere.

Quod si pars tantum decimarum fuerit in certa Parochia Monasterio data sine parte pertinenti vel etiam praesentandi, tunc potest *membratio beneficii* quam annis censetur, exponi Praelato circa Parochialia aliquid jus competet. *Case. de benef. p. 12. c. 2. m. 4.*

Ponit circa sui praesentandi seu patronatus Monasterii competens aliqua brevis enumeratio sunt. I. Si jus praesentandi competat Monasterio vel Collegio, tunc Praelatus sine contentione majoris partis capituli aliquem praesentare non potest, nisi aliqua consuetudine vel privilegio ne aut privilegio aliud obtentum sit, *et in d. 6. de lit. quae sunt à Prael.*

3 II. Prælati sive Patroni Ecclesiastici unum tantum præsentare potest, qui si fuerit idoneus non avertat alia præsentatione instituendus erit, *text. & DD. in c. cum autem 24. de iur. patronatus*, imo nec eo casu quando patronus Ecclesiasticus indignus & inhabilis præsentavit ad beneficium, alium præsentare permittitur, sed potius libera beneficii collatio pro ea vice Episcopo relinquatur *c. inter dilectos 11. de Excof. Prælat.*, quamvis hæc aliter se habeant in Patrono Laico, qui non tantum unum Clericum, sed plures simul aut successivè ad idem beneficium præsentare potest, non quidem *privativè* scilicet revocando illum quem prius præsentavit, sed *accumulativè*, ut Episcopo relinquatur electio quænam instituere velit, *d. c. 3. & c. pastoralis 29. de iur. patron.* sicut sæpe jus patronatus Laicorum in jure magis privilegiatum est, quam Ecclesiasticorum, ut Laici habeant remunerationem aliquam foundationum suarum & ad eas faciendas tantò magis invitentur.

4 III. Ubi servatur constitutio Conc. Trid. *sess. 24. de Refor. c. 18.* ut Parochia non arbitrio Episcopi, sed *per concursum* conferantur, tunc hic concursus etiam locum habebit, si Patronus sit Ecclesiasticus (non autem si Laicus) sicutque citatio per edictum, ac concursus & examen omnium ad Parochiam vacantem aspirantium, atque examine peracto, si plures digni reperti sint, Patronus Ecclesiasticus habebit electionem, & quem ex pluribus dignis elegerit, vel eum, qui solus dignus repertus fuerit. Episcopo præsentabit, ut *d. c. 18. Trid.* habetur. Hic tamen *concursum* non obtineret in Parochiis Monasterio pleno jure incorporatis, ut inferius dicens.

5 IV. Licet Patronus Laicus tantum habeat *quatuor menses* ad præsentandum, Patrono tamen Ecclesiastico *sex indulgentiæ*, quo tempore elapso si præsentatus aliquis non fuerit, libera collatio ad Episcopum vel eum, qui jus instituendi habet devolvitur *c. un. §. fin. de iur. Patron.* in 6, ex ea fortassis differentia ratione, quòd cum Patronus Ecclesiasticus in eo graveretur, quòd unum tantum præsentare possit ad beneficium, in eo saltem releveretur, ut plus temporis habeat ad inquirendum de Clerico aliquo digno & habili. Sed hoc tempus non currit Patrone ignorantis vel alias legitimè impedito, imò in dubio potius ignorantia quam scientia præ-

sumitur, nisi concurrentes circumstantiæ, ut vicinitas loci, Patroni præsentia, & c. aliud situdeat. Quibusdam locis receptum est, ut tempus vacantia Patrono notificetur & is ad præsentandum moneatur.

6 Si de ipso jure patronatus litigium sit inter duos currit interim tempus salvo tamen jure ipsius, qui evicetur, ut proxima vice liberè præsentare possit. Quòd si unus ex litigantibus in possessione fuerit, & alter de proprietate contendat, præsentabit possessor etiam pendente lite, nec removebitur præsentatus, & institutus, esto de proprietate contendens evicetur, cum quia pendente lite non debet aliquis privati commodi suæ possessionis, *c. 2. ut lite pend.* tum quia in præsentando solum attenditur possessio *c. cum Ecclesia de Cauſ. poss. & propr. & c. ex litteris & ibi Gl. fin. de iur. patron.*

7 V. Licet Laicus alteri Laico (nisi suo Compatrono) aut Ecclesia alteri Ecclesiæ vel Laico sine autoritate Episcopi & solemnitatibus ad alienationem requisitis jus patronatus donare non possit. Barb. *I. E. V. l. 3. c. 12. n. 746.* Patronus tamen Laicus liberè jus suum Ecclesiæ vel Monasterio cuicumque donare potest etiam irrequisto consensu Episcopi per *text. expressum in c. un. de iur. Patron. in 6.* per quem videtur corrigi *textus in c. nullus 17. X. de iur. patron.* quòd verò ulterius in *d. c. un.* additur, per talem donationem juri Episcopi, qui eidem assensum non præbuit, non derogari, intelligendum est juxta *c. pastoralis 7. de donat.* ubi deciditur, quòd si Episcopus cum consensu Patroni vix religionis aliquam Ecclesiam simpliciter concedat, per talem concessionem non tantum jus patronatus, sed etiam quicquid fortassis prius Episcopus de fructibus illius Ecclesiæ percipere poterat, transferatur, quod non fiet eo casu ubi Episcopus in donatione à Laico facta assensum non præbuit.

8 Præterea etiam aliis modis jus patronatus potest acquiri Monasterio, ut si Ecclesiam fundaverit, dotaverit aut construxerit, si bona, quibus jus patronatus annexum est, per successivam hereditariam ex testamento vel ingressum in religionem Patroni Laici, vel venditionem in Monasterium transferantur; nam jus patronatus tranſiſte cum universitate bonorum, quibus tanquam reale annexum est, & cuicumque pos-

seffori competit, traditur in c. ex litteris, & c. cum seculum. de jur. patronatus, si vero jus patronatus familiare sit & jure sanguinis competit, tunc Patrono Religionem ingrediente jus patronatus tantum ad vitam ejus penes Monasterium manebit. Tamb. de jur. Abb. tom. 3. disp. 9. q. 23. Illud tamen advertendum, quod si jus patronatus sine incorporatione Parochiæ Monasterium competat tunc nihil juris habeat Monasterium redditus parochiales in suos usus convertendi. Trid. s. 22. de Ref. c. 11. nisi Abbas regularem sui Monasterii præsentarit ad Parochiam isque ab Episcopo institutus fuerit, qui ea, quæ ultra suam congruam sustentationem superflua, Monasterio acquirit juxta dicta superius priv. 11.

- 10 VI. Si jus patronatus à Laico pervenerit ad Ecclesiam vel Monasterium efficitur prorsus Ecclesiasticum & tempus præsentandi 6. mensium citat. c. un. Quid autem si ex pluribus Patronis unus tantum suum jus donaverit Ecclesiæ, & ita jus patronatus incipiat esse mixtum, scilicet partim Ecclesiasticum partim Laicale? Tali casu etiam Laicis Patronis competiturum tempus 6. mensium, eo quod in una eademque, quæ commodè dividi non potest, servanda sit paritas, & magis dignum trahat ad seminus dignum. In odiosis autem Patronus Ecclesiasticus non trahit ad se Laicum, qui non debet suo jure sine culpa privari. Unde si ejusdem Ecclesiæ duo sint Patroni, unus Ecclesiasticus & alter Laicus, iique diversos præsentarint, licet Patrono sæculari variare & per accumulationem alium præsentare. Notanter dico si diversos præsentarint, nam si ab initio unum eundemque præsentarint, hic præsentatus necessariò institutus esset, quia cum jam semel obtinisset amborum Patronorum & sic majora vota plus juris haberet ad beneficium quam ille, qui ab uno tantum Patrono præsentatur, sicut generaliter quando plures Patroni præsentant, ille præferitur, qui plurimum Patronorum calculum obtinet. Vid. Pan. in c. cum autem 24. n. 4. & in c. cum propter 27. in fin. de jur. Patron.

De Unione pleno jure.

1. Quæ sit unio pleno jure.

2. In Parochiis pleno jure unio non datur incursus aut vacante.
3. In iis exponitur vicarius amovibilis.
4. Declaratio Contrid. Trid. s. c. 7.
5. Varia jura Abbatis circa Parochias sui ad scribunt DD.
6. Alii distinguunt inter unionem pleno & mixto jure.
7. Consuetudo interpretatur & aliter legit.
8. Quid censendum, si nova bulla in prædictis Monasteriorum impetretur.
9. Notabilis decisio Panorm. circa præscriptum jurium Episcopatum.
10. Interpretatio c. cum non licet. & c. cum ex officio. De Prescrip.
11. Quodnam sit tempus immemorialitatis.
12. Jura Episcopalia possunt etiam præteriri 40. annis & ab Abbatis non exemptis.

Pleno jure dicitur unio seu incorporatio Parochiæ quando præter jus percipiendi temporales redditus etiam administratio spiritualium scilicet curæ animarum in Monasterium transitum est, atque in tali Parochia Rector principalis censetur esse Abbas Monasterii, isque potestatem habet Vicarij aliquem curam exercentem exponendi c. 1. causa 16. q. 2. Neg. pro collatione talis Parochiæ Episcopus consensus publicæ potest, nec Abbas teneat. Pius 7. in Bull. ad exequendum Barb. in colle. Ansis DD. ad Cont. Trid. s. 24. de Ref. c. 18. n. 16. Neque in ealocum habet terminus Lateranensis Concilii, & ideo ejus collatio propter vacantiam ultra 6. menses ad Episcopum non devolvitur, cum nunquam vacat censetur ex quo principalis cura penes Abbatem residet. Clem. un. de excess. Pral. Joan. Honoc. de Prab. n. 60. Barb. de Off. Ep. p. 3. alleg. 18. n. 16. Chokier de Jurisd. ord. in excep. p. 1. q. 17. n. 9.

Porò in Parochiis pleno jure incorporari potest Abbas exponere Vicarium tam regularem quam sæcularem (nisi in litteris unionis expressè insertum sit, ut per sæcularem deleviatur) etiam absque investitura, & ita temporalem ad arbitrium seu voluntatem Prælati amovibilem, & tunc in his Parochiis non erit propria institutio, sed potius provisoria administratio, cum citius beneficium sit penes Monasterium, sicut hæc est communem sententiam referre Barb. de Off. Ep. d. p. 3. alleg. 72. n. 109. cum pluribus hujusmodi citatis, quibus adde Tamb. de L. Abb. tom. 3. d. 18.

9. q. 8. n. 2. *Less. de l. 1. lib. 2. c. 41. dub.*
 11. n. 98. Licet verò in Conc. Trid. *f. 7. de Ref.*
 4. c. 7. data sit potestas Episcopis ut in Parochiis,
 Monasteriis aut Collegiis, quibuscunque in cor-
 poratis Vicarium perpetuum ponere possint e-
 tiam si prius semper Vicarius temporalis postus
 fuerit, declaravit tamen Pius V. in sua Bull. *ad*
exequendum 475. §. 5. hanc Trid. constitutio-
 nem non procedere in Parochiis, in quibus sem-
 per per Vicarios regulares non seculares deservi-
 ti consuetum fuit, quia non est credibile fuisse
 intentionem Concilii omnia Monasteria uno
 verbo privare jure suo, quod habet exponen-
 di regulas ad Parochias, vel ceteros ipsos Præla-
 tos cogere, ut aliquem regularem tanquam
 perpetuum Vicarium insistant, & ita eundem
 quasi ab obligatione vitæ Monasticæ & obe-
 dientiæ in perpetuum absolvant. Constituit
 quidem Pius V. ibidem, quod vicarius regula-
 ris debeat secum habere 4. socios sui ordinis,
 Sed id ipsum Greg. XIII. coarctavit & unum
 sufficere decrevit. *Tamb. d. disp. 9. q. 18. n. 2.*
 Deinde etiam notabile est, quod in illis Para-
 chiis in quibus Vicarius secularis exponitur E-
 piscopus non pro suo libitu possit instituere Vi-
 carium perpetuum, sed id debeat facere ex justa
 causa, qua deficiente dabitur appellatio Barb. *d.*
alleg. 72. n. 190. Et præterea quia non nulli E-
 piscopi abutebantur potestate sibi data in Con-
 cil. *d. c. 7. f. 7.* & Vicariis perpetuis tantam
 portionem assignabant, ut vix aliquid Mona-
 steriis aut Collegiis de fructibus remaneret, i-
 deo tunc Pius V. in d. bulla. *ad exequendum*;
 declaravit, quod cujuscunque valoris vel oneris
 Parochia fuerit, non debeat Vicario pro sua por-
 tione major quam centum, nec minor 50. scuto-
 rum annuorum summa computatis omnibus et-
 iam incertis emolumentis & aliis obventionibus
 con. muniter percipi solitis assignari, nisi jam
 prius ante designationem Episcopi Vicario plus
 fuerit dari solitum.

5. Præterea Monasteriis circa Parochias pleno
 jure incorporatas multa alia privilegia passim
 adscribunt DD. ita ut Abbati præsertim Mo-
 nasterio exempto Jurisdictionem quasi Episco-
 palem concedant, ex qua proinde possit instituere,
 & destituere, & resignationem beneficij (intelligi
 si Vicarius perpetuus sit, temporalis enim non est
 propriè beneficium) recipere Chok.

de jurisd. ord. in exempte. p. 4. q. 67. n. 3. au-
 thoritatem in alienatione rerum Ecclesiasticarum
 interponere Gl. in *Clem. 1. in V. proprii de*
Rel. Eccles. non ad beneficia pleno jure sibi in-
corporata inter se cum expedierit unire Barb. de
Off. Ep. p. 3. alleg. 66. n. 14. visitate, cum inde
 descendat potestas puniendi, privandi & desti-
 tuendi pulchre Paris *de Refig. benef. p. 1. lib. 7.*
q. 15. Chok. d. q. 67. n. 3. Censuras Eccle-
 siasticas ferre & promulgare, quia Censura
 non est ordinis sed Jurisdictionis Episcopalis
 Chok. *p. 4. q. 20. n. 2.* arg. eorum quæ docet
 Cov. in *reliq. c. alma mater de Sent. uxcom.*
in 6. p. 1. §. 11. n. 1.

6. Alii tamen distinguunt inter unionem, quæ
 fit pleno jure, & eam quæ fit plenissimo jure.
 Unionem pleno jure appellant, quando ipsa qui-
 dem Ecclesia est subjecta Abbati cum jure per-
 cipendi temporalia, & exponendi Vicarium po-
 pulus tamen subest Episcopo, quo casu ipsum
 quoque Vicarium in iis, quæ pertinent ad curam
 animarum debere adprobati ab Episcopo, ejusque
 jurisdictioni & visitationi subesse ajunt jux-
 ta Trid. *f. 25. de Reg. c. 11.* juncta Bull. Greg. XV.
injerutabili. Ita tamen ut Vicarii sive regulares
 sive seculares ponantur ad arbitrium superiorum
 Regularium, non verò Episcopi, nisi quod ab E-
 piscopo curam animarum accipiant.

7. Plenissimo autem jure tunc unionem censent,
 quando non tantum Ecclesia, sed & populus ab
 Episcopo exen. prius est Barb. in *c. quoniam 21. de*
Priv. Abb. in c. 2. §. in Ecclesiis eod. tit. Et hoc ca-
 su nihil juris habet Episcopus in Parochia, sed
 Abbas juxta superius dicta n. 5. loco Episcopi &
 Ordinarii censetur. Cardin. apud Barb. in *declar.*
prætermisissis Trid. super d. f. 25. c. 11.

8. Interim in hac materia, in qua jura & DD.
 valde intricatè & confusè loquuntur, censo
 plurimum tribuendum esse locorum consuetudi-
 ni, concordijs & contractibus & particularibus
 præscriptionibus, Etenim consuetudinem
 valere etiam contra legem scriptam quamvis
 Concessivam facile probari potest ex iis, quæ pas-
 sim de autoritate consuetudinis traduntur, Unde
 communis est doctrina, quod lex non recepta
 non liget, & lex nunquam recepta aboleatur
 per lapsum 10. annorum Garc. *de Tenef. p. 7.*
c. 1. n. 137. recepta autem aliquando, sed po-
 stea per 40. annos (si sit lex Canonica) inter-

missa patet expiret. Vid. Eras. Chokier. de jurisd. Ord. in exempt. p. 1. q. 50. ubi de receptione Conc. Trid. ex instituto tractat. sicut experientia constat idem Conc. Trid. in multis Diocesisibus quoad varia reformationis puncta usu haud recipi prout conferenti textum Conc. & proxim locorum facile patebit.

8 Sed quid si novae Bullae & declarationes Cardinalium profertantur, per quas multa in praedictum Monasteriorum statuatur? R. Cum hujusmodi constitutiones nonnunquam una tantum parte informante impetrentur ita in primis interpretandae sunt, ut non praedictum Monasterium in jure per Privilegium, contractum, incorporationem aut praescriptionem quæsitum; tum quod princeps non censeatur alicui velle auferre jus suum. Minf. Cent. 4. c. 8. n. 4. & 5. Rayet. in Thesuro jur. v. Princeps n. 109. tum etiam quod per constitutionem generalem Pontifex non intendat derogare particularium locorum & singularium personarum consuetudinibus, statutis & consequenter etiam contractibus. t. de Constit. in 6. Accedit, quod justè suspendatur obligatio alicujus legis, nec illicè parendam sit, quando justa causa est contra eam supplicandi usque dum super gravaminibus S. Pontif. tunc informetur eaque vel rejiciat vel receptet, c. pastoralis. de fide Instr. Navar. Conf. 20. n. 2. de rescript. Chokier. d. tract. p. 2. q. 44. v. tum quia. Salas de LL. disp. 13. sect. 4. n. 20.

9 Quod attinet ad praescriptionem jam olim calum ventilavit, & decidit Antesignanus & lumen Canonistarum Panormitanus in e. cum non liceat. circa fin. de Prescript. cujus verba formalia hic anneximus: Quidam Abbas exemptus habens in Monasterio suo certam Parochiam populi non exempti, exercuit curam animarum per Monachos suos nunc uni nunc alteri committendo prout videbatur sibi expedire, nec unquam recepit ipse curam ab Episcopo, nec ab eo fuit ipse Abbas vel Praepositus cura per eum visitatus, & hoc duravit per tantum tempus, de cuius initio non est memoria, nunc Episcopus vult visitare & allegat 3. iura. 1. quod contra visitationem non curat praescriptio e. cum ex officio. de Prescript. 2. quod Abbas non potest per suos Monachos curam exercere, sed hoc debet facere per Capellanum, qui curam populi ab Episcopo

debet habere. c. 1. de Capell. Monach. 1. ubi jus instituendi quoad curam populi non potest praescribi per inferiorem Episcopo e. cum in Off. Archiepiscopi. & ibi tenet Holl. Et praescriptio circa hoc multa possunt scribi quae brevitate causa omittit. & conclusivè tenet contrarium. Cens enim Abbas non intendat se ipsum praescribere, sed potius praescribit contra Episcopum, ut ipse committat curam & praescriptum cura visitet, corrigat. & castiget, non impugnanada praescriptio, quia potest praescribere iura Episcopalia, ut in e. auditu. & e. cum olim de Prescript. ipse vero Abbas constituit à superiori suo cum sit exemptus, & sic casus prima obiectio Episcopi. Non obstat 2. quia praescriptio sit consuetudo in contrarium, ut per Monachos cura exercetur. ut not. in Clem. ut in agro 3. ceterum de stat. Monach. Joan. And. in e. statutum. de Elect. in 6. Ex his colligitur, 3. visitatio dico enim quod imo valet praescriptio ut in d. c. auditu. & in d. e. cum olim & sentit Innoc. in d. c. auditu. Joan. And. in e. cum venerabili. de consub. & in e. litteras. de Restit. sp. l. & in d. gl. tex. in e. accedentibus de Excess. Prelat. Hinc doctissima decisione & quod iura Episcopalia exemptionis, item concessio curae animarum per praescriptionem Abbatibus acquiritur possunt, datur e. 2. de Capell. Mon. e. ex ori. ceteri. Non igitur ubi gl. & e. cum olim X. de Privileg. cum persona 7. de priv. in 6. & in specie circa curam animarum Barbosa de Off. Episc. p. 3. alleg. 71. n. 185.

Eam quoque objectionem, quod contra obedientiam visitationem & procuratorem nulla sit admittenda consuetudo vel praescriptio e. cum non liceat. & e. cum ex officio de Prescript. ita resolvit Barb. d. p. 3. alleg. 128. n. 3. & in leg. 129. n. 9. quod obedientia & visitatio essentialiter praescribi non possit, ita scilicet, ut nulli competat visitatio, & nulli debeat obedientia, ne dentur Acephali sicut locustae, possunt tamen praescribi & obedientia & visitatio translativè id est, ut alteri quam Episcopo, nimirum Abbati vel S. Pontifici obedientia exhibeatur, & visitatio comperat.

Quodam autem dicatur tempus immemorabile de quo Panorm. loquitur tradidi in Man. Paroch. p. 1. c. 1. n. 7. & sequ. ubi dicit tempus immemorabile recte appellari, & recte de praescriptio

Quia possessionis per 40. annos & ulterius non recordentur de initio hujus possessionis, quamvis probari possit, aliquando contrarium fuisse; Item ad effectum non probandi titulum etiam intra 100. annos dari immemorabilem. Licet verò Panorm. in allegata facti specie tantum de immemoriali prescriptione & Abbate exempto loquatur, certum tamen est, quod omnia illa jura quorum Panorm. meminit & omnia alia etiam quadraginta annorum cursum & ab Abbatibus quoque non exemptis privative quoad Episcopum præscribi valeant, c. de quarta c. auditis & c. illud, de Prescript. c. 1. eod. in 6. Panorm. in d. c. cum non liceat in fin. Et in d. c. auditus vers. secundò dicit gl. de Prescript. Barb. d. p. 3. all. 127. v. 10. c. cum persona. de Priv. in 6.

ADNOTATIO.

AD Num. 11. Licet in prescriptione immemoriali non requiratur titulus, hoc ipso enim immemorialis non foret, si de titulo adeoque de initio possessionis constaret, in quadragenaria tamen prescriptione juri Episcopatum videntur DD. titulum desiderare arg. c. 1. de Prescript. in 6. Et c. cum persona de Priv. in 6. Sed nisi possit ostendi privilegium dubium aut putativum, aut probari fama privilegij, vel contractus eum Episcopo similiter dubium aut putativus (si enim privilegium aut contractus de jure esset validus, non esset opus prescriptione) valde notabile est, quod docet Gloss. in c. de quarta v. tuori, de Prescript. Et in c. cura 11. v. legitima circa fin. de iure patron. & commendat Panorm. in d. c. de quarta c. 7. quod primus quidem possessor sine titulo annis 40. præscribere nequeat, successor tamen ejus, jam ex ipsa successione habeat titulum, dum habet justam causam jura à suo antecessore inderivata conservandi. arg. l. ult. ff. pro suo. Unde, si faller, eo modo, quo successor hereditarius res à defuncto relictas potest usucapere pro herede. r. ff. pro herede. in etiam successor in dignitate ex titulo pro suo. est enim titulus pro suo, alius generalis, qui cum omnibus aliiis titulis concurrit, alius specialis, qui per se sufficit ad prescriptionem, quando scilicet alius titulus deficientibus tamen iusta causa est rem possidendi, d. l. ult. Arnold. Rath. in tract. de usucap. c. 3. ff. 4. Neque successor in dignitate

te in bona fide, quæ propter decursum longissimi temporis præsumitur lib. pan. C. de Prescript. Fatim. in Repert. Indic. q. 96. n. 13. Et 14. existenti nocet mala fides antecessoris, sicut de jure Civ. mala fides defuncti nocet heredi, cum successor in dignitate non sit eadem persona cum defuncto, sed omne jus habeat ab electione & superioris confirmatione, non verò sicut heres à persona sui antecessoris Gl. & Panorm. d. l. Joan. Hon. ad tit. Decretal. de Prescript. n. 24. Lyng. in c. possessor de R. l. in 6. addi fortassis possit, quod in prescriptione juri incorporalium scientia & patientia Adversarii habeatur loco tituli. l. si quis diuturno. ff. si servit. vind. l. apparet. § per ff. de itin. ad priv. Gloss. not. in c. cum Ecclesia v. propter brevitate temporis de caus. poss. Et propr. Joan. And. in c. 1. in vtitulum de Prescript. in 6.

Sed quid, si Monasterium in Parochia ubi vñ incorporationis tenebatur per sacularem deservire, variaverit & longissimo tempore modo per sacularem, modo per Regularem, deservierit, ane inducta erit aliqua præscriptio?

32. Si saculari Vicarius æque ac Regulari bene investitura & ad nutum amovibilis expositus fuerit, nihil video obstarè, quin cæteris paribus carens præscriptio locum habeat, ut à modo in Monasterij sit potestate qualemcunque Vicarium exponere. Si enim ex prescriptione beneficium saculare potest fieri Regulari, & e contra c. 5. de Prob. in 6. Non est ratio cur etiam illi clausulæ incorporationis per prescriptionem derogari non possit. Præterea existimo in hac causa quadragenariam prescriptionem etiam sine titulo procedere, quia in quadragenaria prescriptione non requiritur titulus nisi sit præsumptio juris contra præscribentem. c. 1. de Prescript. in 6. non autem sufficit qualibet præsumptio, sed requiritur præsumptio cum forti resistantia, ut rec. & explicat Covar. var. resol. lib. 1. c. 17. n. 7. Pan. in c. si diligenti vers. adverte. de prescript. Rath. in tract. de usucap. c. 3. ff. 33. talis autem resistantia non videtur esse in proposito cum jura concedant commutationem beneficiorum ex prescriptione, & Regulares capaces sint parochialium Ecclesiarum, ut superius demonstratum, unde præsumptio hic tantum orietur ex literis incorporationis, non ex jure communi quod tamen requiritur, in d. c. 1. Deinde im-

memorialis præscriptio frequenter hic intervenire potest; & observandum, quod non idem minus sit *immemorialis* quamvis doceatur de *congruatis* per litteras incorporationis, fortassis ultra 100. annos obtentas, dummodo non constet de *curio* præteritis possessionis, Molina de *J. & I. tract. 2. diff. 70. n. 3.* & dixi in *Man. Parob. p. 3. c. 1. n. 11.*

PRIVILEGIUM. XLVII.

Monasteria habent jus eligendi Abbatem; ideo non subjacent provisioni papali, primis precibus, aut juri patronatus,

1. *Jus eligendi ablatum Monasteriis per Reg. Cancell. restitutum est per Concordata Germaniæ.*

2. *Quid sint primæ preces Imperatoris.*

3. *Quem effectum habeat jus patronatus in Monasterio.*

Primum hoc juris beneficium probè agnoscent Monasteria, quæ suæ religionis Abbatem habent, & verè patrem & pastorem cui non tantum pecuniæ *commendata*, sed oves sunt propriæ & vocem ejus audiunt &c. Licet verò de jure communi hoc jus *electionis* Monasteriis tributum sit, ut constat *ex r. c. de Election.* postea tamen Pontifices per Reg. *Cancellaria* reservaverunt suæ dispositioni & provisioni præter Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, & Episcopales, omnia etiam *Monasteria viro-rum* valore annuum ducentorum florenorum *viri* excedentia ut in *reg. 2. Cancell.* habetur. Deinde per *Concordata Germaniæ* in Anno 1448. inter Frideric. III. aliosque Principes & Prælatos Germaniæ, & Nicolaum V. S. Pontif. (quæ in Bullario novissimo inter Bullas Nicol. V. primo loco ponuntur) *Monasteriis* jus *electionis* denuò restitutum est.

Præterea potest quidem Imperator ex privilegio Pontificis in omnibus Ecclesiis in imperio *itis primas preces* concedere, id est, in qualibet Ecclesia, semel tantum, aliquam personam idoneam nominare, quam Ordinarius ad beneficium vacans omnino recipere teneatur, dummodo Collator saltem quatuor beneficia conferenda habeat, & beneficia non sint de jure Patronatus

Laicorum, at tamen ab his *primis precibus* capiuntur dignitates electivæ, & primæ in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiis & Seminariis, prout refert *Joan. à Chokier in Summ. Jur. Statu*, quem inscripsit, *Scholia in primis precibus Imperatoris.*

Ritus qui fundavit, confirmavit, vel detulit Ecclesiam consequitur *jus patronatus*, ut *Cicero* cum idoneum ad talem Ecclesiam tanquam beneficium præferre valeat, quem Episcopus debet necessariò ceteris paribus inspicere: si verò aliquis exerceat *Monasterium* vel Ecclesiam *patronatus* in *Monasterium* convertit, alio est effectus *juris patronatus*; nam quæ fundavit seu Patronus non potest contumaciter aut eligere Prælatum (aut Clericum fit & in functione eorum consensu Pontificis jus eligendi sibi expressè non servavit, vel aliunde per *concordatam*, aut *præscriptionem* acquisierit, *Gl. & Barb. n. 1. in c. nobis. 2. de Jur. Patron.*) necesse est electionem instituatam, sed omnium potestatem electionem ejus consensu requiritur, hinc ipsum consensum magis de *hæreticis* quam necessitate desiderari, communiter est sententia, ut si Patronus rationabilem contumaciam diu causam habeat eam proponere possit, de cetero autem si nihil obstat electioni, quo minus Canonice censeatur debet, etiam in *vino Patronatus* validam & confirmandam esse; videtur enim inconveniens ut confirmatio Prælati, potius voluntate Patroni præsertim Laici (cum tamen Laici aliis jure eligendi incapaces sint) quam in electione Capituli vel judio superioris Ecclesiastici dependeat, & insinuat *tex. in d. c. notandum dicit*, Patroni assensum beneficium *reg. Barb. d. l. n. 4. Panor. in c. sacrosanctæ d. l. l. in 6.*

ADNOTATIO.

Potissent in hoc privilegio *omnia addere* jure *Advocatiæ*, quod Principes, alique domini præcedunt in *Monasteriis*, sed quæ in *prolixioris* materia & indignis, ac potius in *particularibus* privilegijs, concessio de *contumacijs* dependet quam *ex jure communi*, ita Lectorem remitto ad *Etalium à Chokier in Speciali tractatu suo de Advocatijs fundationibus & Mattium Magerum de Advocatijs* *armata.*